complenda, Citata existens memorata pars Vna, pmissa non tenens, sive eius posteri, ad Instantiam partis alterius pmissa tenentis et complentis, Vel illius successorum, ad Officium pns Castren. Capitan. Premysliense, extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium pfatum atq. damna pfacta Terrestria simpliciter taxata lue re, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq. ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat pntibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum, legatione intra Vel extra Regnum, seruitio militari, ad munimenta ad Evictorem, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem proximos officij pfati Castren. Capitan. Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq. motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac pmissa omnia peris simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalys Iuris, pscriptione Terri bello, conuentioneq. ac aliis omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis eua dendo, Hac sua psenti psonali Recognitione ad pmissa omnia mediante.

Capitaneus Sanocen. Drogockiey Tenetur.

197

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Premyslien. Magnificus Georgius Vandalinus de magna Koncyce Mniszek Sanocen. Debowecen. Capitaneus sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq. suis quibusuis pro

porijs et competentibus recedendo, praenei Vero Castrensis Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, bonisque Suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosus Alexandrus de Kopystno, olim Generosi Stanislai Drogocki Consorti legitimae derelictae Viduae eiusque posteris summam Novendecem Millium Noningentorum Sexaginta florenorum polonicorum monetae et numeri currentis in Regno, quemlibet florenum grossis Triginta polonicalibus computando et numerando certi, veri, iusti et liquidi debiti mutuatque apud ipsum per se Recognoscentem pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam Novendecem Millium Noningentorum Sexaginta florenorum polonicorum Idem suprascriptus Recognoscens Magnificus de magna Konczyce Mniszek Capitaneus Sanocensis Szczerzecensis se suosque Successores in et super bonis suis generaliter omnibus haereditarys, et obligatorys, mobilibus, et immobilibus, summisque pecuniarys quibusvis habitis et habendis suprascriptae Generosae Alexandrae de Kopystno Drogocka creditrici suae, eiusque posteris, hinc et ab actu praesenti die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli, in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo secundo proxime et immediate Venturo incidens realiter et effectualiter solutarum, et coram officio, Actisque praesentibus Castrensis Capitaneatus Premysliensis repositurum et relicturum, repositamque et relictam rursus ab eodem officio non effideinsurum, nec arestaturum, Vel alio quovis modo solutionem Summae eiusdem praepediturum et impugnaturum inscribit et obligat praesentibus, Idque sub Vadio similis Summae Novendecem Millium Noningentorum Sexaginta florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem, sive eius posteros, supramemoratae Creditrici suae aut illius Successoribus ob non solutionem summae suprascriptae essentialis et principalis debiti, pro tempore et loco superius expressis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum

succubito ac pro Summa ipsa ipsa principalis et essentialis debiti non soluta solvenda Citatus existens memoratus Recognoscens Magnificus Georgius Vandalinus de magna Konczyce Mniszek Sanocens Capitaneus sive etiam posteri Ad instantiam supra nominatae Gnosae Alexandrae de Kopystno Drogocka Creditricis suae, ac illius successorum ad officium praesens Castrens Capitanal Premysliens exhinc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios, sera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta, ad Evictorem, vel alys quibusque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officy praefati Castrens Capitanal Premysliens Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspens, fatalys Iuris, praescriptione Terri, bello, conventioneque, ac alys omnibus Iuris Remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Itaque praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Drogocka Capitaneum Sanocensem Quietat.

717

Comparens personaliter coram officio, Actisque praesentibus Castrens Capitanal Premysliens Gnosa Alexandra de Kopystno, olim Gnosi Stanislai Drogocki Consors legitima derelicta Vidua, sana mente et corpore existens a Terris